



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

In Deum amor. 151

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

ISI Neque sterilis hæc IGNA-  
 TII virtus fuit. Nam sui despiciē-  
 tia profuit ad DEI amorem pa-  
 riendum : cuius ille singularem  
 perfectionem obtinuit ; eamque  
 ibi maximè prodidit, vbi maxima  
 quæque eius amore erant perpe-  
 tienda ; sciens, hoc olim Roma-  
 num insigne, iam esse Christia-  
 num, ET FACERE FORTIA, ET  
 PATI. Sed ea, quæ quantaq; fu-  
 erint, suprà licuit videre. Certè  
 verò prædicabat, si vsu veniret,  
 delicata omnia, quæque prima  
 mortalibus habentur æstimari;  
 tanti ea sibi nō fore, quanti car-  
 cer iniuriæque fuissent, in DEI  
 gratiam exanclatæ: Nec aliunde  
 accidere tātum animo gaudium  
 posse, quod eam æquaret volu-  
 ptatem, quam in perferendis pro  
 Christo conuitijs hausisset. Idem  
 à Socio rogatus, Ecquam duce-  
 ret omnium expeditissimam si-  
 mul

mul & breuissimam viam, quâ ad optimæ vitæ conditionem eua-deretur? Qua aduersis, inquit, exercemur; Christiq; causa iugibus ærumnis fluctuamur. Et stude hanc, ait, tu gratiam inire: quam vbi acceperis, non solam habebis, sed multis alijs opibus comitatam. Hæc talia facere dicereque I G N A T I V S affolebat. Nobis interim plura charitatis, quâ in D E V M, qua in mortales, argumenta paruerunt. 152 Illuc enim referendum, hoc eius scitum; quo dicta factaq; omnia in D E I maiorem gloriam vertebat: non contentus, si nihil eius in gratijs faceret; nisi id etiam consequeretur, vt illi maioribus obsequiis gerere morē posset. Quare duarum rerum optimarum, eam semper complectebatur, quæ propius ad supremum Numinis honorē pertineret. 153 Iā, ab eodem